

# Tomasz z Akwinu

---

## Komentarz do "Etyki Nikomachejskiej". Lekcja I

---

Rocznik Tomistyczny 3, 244-254

---

2014

Artykuł został opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej [bazhum.muzhp.pl](http://bazhum.muzhp.pl), gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Sancti Thomae de Aquino  
*Sententia libri Ethicorum*  
Lectio I

TEXTUS ARISTOTELIS  
Caput I  
(Bekker 1094 a 1 – 18)

1. Omnis ars, et omnis doctrina, similiter autem et actus et electio, bonum quoddam appetere videntur.
2. Ideo bene enunciarunt, bonum quod omnia appetunt.
3. Differentia vero finium quaedam videtur. Hi quidem enim sunt operationes; hi vero praeter has, opera quaedam.
4. Quorum autem sunt fines quidem praeter operationes, in his meliora existunt operationibus opera.
5. Multis autem operationibus existentibus, et artibus, et doctrinis, multi sunt et fines. Medicinalis quidem enim sanitas. Navifactivae vero navigatio. Militaris vero victoria: oeconomicae vero divitiae.
6. Quaecumque autem sunt talium sub una quadam virtute quemadmodum sub equestri frenifactiva, et quaecumque aliae equestrium instrumentorum sunt. Haec autem et omnis bellica operatio sub militari. Secundum eundem itaque modum aliae sub alteris.
7. In omnibus itaque architectonicarum fines sunt desiderabiliores his, quae sunt sub his. Horum enim gratia et illas prosequuntur.
8. Differt autem nihil operationes esse fines actuum, aut praeter has aliud quoddam, quemadmodum in dictis doctrinis.

Św. Tomasz z Akwinu  
Komentarz do *Etyki*  
*Nikomachejskiej*  
Lekcja I

Tłum. Artur Andrzejuk

TEKST ARYSTOTELESA  
Rozdział I

- 1) Wszelka sztuka i wszelka nauka, podobnie jak działanie i wybór, wydają się zmierzają do jakiegoś dobra.
- 2) Dlatego dobrze wyrażali się ci, którzy stwierdzili, że dobrem jest to, czego wszystko pożąda.
- 3) Wydaje się zaś, że zachodzi pewna różnica celów. Niektóre są bowiem działaniami, inne zaś – różne od nich – pewnymi dziełami.
- 4) Te zaś, które są pewnymi celami odrębnymi od działań, stanowiąc wytwory, są czymś lepszym od tych działań.
- 5) Istnieje wiele działań sztuk i nauk, i wiele też jest celów. Sztuka lekarska ma na celu zdrowie, sztuka nawigacji zaś – żeglowanie, a sztuka wojskowa – zwycięstwo, ekonomika zaś – zamożność.
- 6) Niekiedy zaś takie [umiejętności] podpadają pod jakąś cnotę, w taki sposób jak pod jeździectwo sztuka [podlega] robienia wędzideł i wszelkich innych końskich uprzęży. Ona sama zaś i wszelkie inne działania wojenne podlega sztuce wojskowej. W taki sam sposób także inne [sztuki] podlegają pod jeszcze inne.
- 7) We wszystkich takich konstrukcjach cele są bardziej upragnione, niż to, co prowadzi do nich. Ze względu na nie bowiem podejmuje się działania.
- 8) Nie ma przy tym znaczenia, czy są to działania, które są same celami, czy chodzi jeszcze o coś innego oprócz nich samych, co ma miejsce w przypadkach już wyłożonych.

## Libor I Lectio I

I. Sicut philosophus dicit in principio *Metaphysicae*<sup>3</sup>, sapientis est ordinare. Cuius ratio est, quia sapientia est potissima perfectio rationis, cuius proprium est cognoscere ordinem. Nam etsi vires sensitivae cognoscant res aliquas absolute, ordinem tamen unius rei ad aliam cognoscere est solius intellectus aut rationis. Invenitur autem duplex ordo in rebus. Unus quidem partium alicuius totius seu alicuius multitudinis adinvicem, sicut partes domus ad invicem ordinantur; alius autem est ordo rerum in finem. Et hic ordo est principalior, quam primus. Nam, ut Philosophus dicit in XI *Metaphysicae*<sup>4</sup>, ordo partium exercitus adinvicem, est propter ordinem totius exercitus ad ducem. Ordo autem quadrupliciter ad rationem comparatur. Est enim quidam ordo quem ratio non facit, sed solum considerat, sicut est ordo rerum naturalium. Alius autem est ordo, quem ratio considerando facit in proprio actu, puta cum ordinat conceptus suos adinvicem, et signa conceptuum, quae sunt voces significativae; tertius autem est ordo quem ratio considerando facit in operationibus voluntatis. Quartus autem est ordo quem ratio considerando facit in exterioribus rebus, quarum ipsa est causa, sicut in arca et domo.

2. Et quia consideratio rationis per habitum scientiae perficitur, secundum hos diversos ordines quos proprie ratio considerat, sunt diversae scientiae. Nam ad philosophiam

<sup>3</sup> 982 a 18.

<sup>4</sup> 1075 a 13 – 15.

## Księga I Lekcja I

I. Do mędrca należy porządkowanie, jak mówi Filozof na początku *Metafizyki*. Spowodowane jest to tym, że mądrość jest najpotężniejszą doskonałością rozumu, dla którego czymś właściwym jest poznawanie porządku. Albowiem jeśli władze zmysłowe poznają pewne rzeczy w sposób pełny, to jednak poznawanie przyporządkowania jednej rzeczy do drugiej, przysługuje wyłącznie intelektowi albo rozumowi. W rzeczach bowiem znaleźć można dwojaki porządek. Pierwszy dotyczy części jakiejś całości, albo jakichś wielości wzajemnie, tak jak części domu są wzajemnie przyporządkowane; drugi zaś jest przyporządkowaniem rzeczy do celu. I ten porządek jest pierwotniejszy niż ten pierwszy. Albowiem, jak mówi Filozof w XI ks. *Metafizyki*, wzajemne podporządkowanie oddziałów wojska dokonuje się ze względu na podporządkowanie całego wojska wodzowi. Porządek zaś w czworaki sposób odnosi się do rozumu. Jest bowiem pewien porządek, którego rozum nie sprawia, lecz jedynie rozważa, tak jak porządek natury rzeczy. Inny jest zaś porządek, który rozum rozważając sprawia swym właściwym aktem (własnym działaniem), np. gdy porządkuje wzajemnie swoje ujęcia i znaki ujęcia, które są słowami je oznaczającymi; trzeci natomiast jest porządek, który rozum rozważając sprawia w działaniach woli. Czwartym jest wreszcie porządek, który rozum rozważając sprawia w rzeczach zewnętrznych, których sam jest przyczyną, tak jak w statku lub w domu.

2. A ponieważ rozważanie rozumu dokonuje się dzięki sprawności wiedzy, dlatego według tych różnych porządków, według których rozum rozważa w sposób dla siebie

naturalem pertinet considerare ordinem rerum quem ratio humana considerat sed non facit; ita quod sub naturali philosophia comprehendamus et mathematicam et metaphysicam. Ordo autem quem ratio considerando facit in proprio actu, pertinet ad rationalem philosophiam, cuius est considerare ordinem partium orationis adinvicem, et ordinem principiorum in conclusiones; ordo autem actionum voluntariarum pertinet ad considerationem moralis philosophiae. Ordo autem quem ratio considerando facit in rebus exterioribus constitutis per rationem humanam, pertinet ad artes mechanicas. Sic igitur moralis philosophiae, circa quam versatur praesens intentio, proprium est considerare operationes humanas, secundum quod sunt ordinatae adinvicem et ad finem.

3. Dico autem operationes humanas, quae procedunt a voluntate hominis secundum ordinem rationis. Nam si quae operationes in homine inveniuntur, quae non subiacent voluntati et rationi, non dicuntur proprie humanae, sed naturales, sicut patet de operationibus animae vegetabilis, quae nullo modo cadunt sub consideratione moralis philosophiae. Sicut igitur subiectum philosophiae naturalis est motus, vel res mobilis, ita etiam subiectum moralis philosophiae est operatio humana ordinata in finem, vel etiam homo prout est voluntarie agens propter finem.

4. Sciendum est autem, quod quia homo naturaliter est animal sociale, utpote qui indiget ad suam vitam multis, quae sibi ipse solus praeparare non potest; consequens est, quod homo naturaliter sit pars alicuius multitudinis, per quam praestetur sibi auxi-

bie właściwy, mamy różne rodzaje wiedzy. Albowiem do filozofii naturalnej należy rozważanie porządku rzeczy, który rozum ludzki rozważa, ale nie sprawia; w ten sposób do filozofii naturalnej zaliczamy zarówno matematykę, jak i metafizykę. Porządek zaś, który rozum rozważając sprawia własnym aktem (swoim własnym działaniem), należy do filozofii racjonalnej, która jest rozważaniem porządku części mowy względem siebie oraz porządku zasad we wniosku; porządek zaś działań dobrowolnych należy do rozważań filozofii moralnej. Porządek zaś, który rozum rozważając tworzy w rzeczach zewnętrznych, ustanawianych przez ludzki rozum, należy do sztuk mechanicznych. Tak więc dla filozofii moralnej, w kierunku której zwraca się obecnie nasza uwaga, czymś właściwym jest rozważanie działań ludzkich, według tego, że są podporządkowane względem siebie oraz podporządkowane celowi.

3. A mówię tu o ludzkich działaniach, które pochodzą z woli człowieka według porządku [wprowadzonego] przez rozum. Albowiem, jeśli dokonują się w człowieku jakieś działania, które nie podlegają woli i rozumowi, nie nazywa się ich w sposób właściwy ludzkimi, ale naturalnymi, tak jak jest to jasne w przypadku działań duszy wegetatywnej, które w żaden sposób nie podpadają pod rozważania filozofii moralnej. Jak więc przedmiotem filozofii naturalnej jest ruch lub rzecz poruszająca się, tak przedmiotem filozofii moralnej jest działanie ludzkie przyporządkowane do celu, albo też człowiek, ze względu na to, że działa w sposób wolny dla osiągnięcia celu.

4. Wiadomo bowiem, że człowiek jest z natury istotą społeczną, jako że potrzebuje do swojego życia wielu rzeczy, których sam nie może sobie przygotować; w wyniku tego człowiek z natury jest częścią pewnej społeczności, dzięki której za-

lium ad bene vivendum. Quo quidem auxiliatio indiget ad duo. Primo quidem ad ea quae sunt vitae necessaria, sine quibus praesens vita transigi non potest: et ad hoc auxiliatur homini domestica multitudo, cuius est pars. Nam quilibet homo a parentibus habet generationem et nutrimentum et disciplinam et similiter etiam singuli, qui sunt partes domesticae familiae, se invicem iuvant ad necessaria vitae. Alio modo iuvatur homo a multitudine, cuius est pars, ad vitae sufficientiam perfectam; scilicet ut homo non solum vivat, sed et bene vivat, habens omnia quae sibi sufficiunt ad vitam: et sic homini auxiliatur multitudo civilis, cuius ipse est pars, non solum quantum ad corporalia, prout scilicet in civitate sunt multa artificia, ad quae una domus sufficere non potest, sed etiam quantum ad moralia; in quantum scilicet per publicam potestatem coercentur insolentes iuvenes metu poenae, quos paterna monitio corrigere non valet.

5. Sciendum est autem, quod hoc totum, quod est civilis multitudo, vel domestica familia habet solam ordinis unitatem, secundum quam non est aliquid simpliciter unum; et ideo pars huius totius potest habere operationem, quae non est operatio totius, sicut miles in exercitu habet operationem quae non est totius exercitus. Habet nihilominus et ipsum totum aliquam operationem, quae non est propria alicuius partium, sed totius, puta conflictus totius exercitus. Et tractus navis est operatio multitudinis trahentium navem. Est autem aliud totum quod habet unitatem non solum ordine, sed compositione, aut colligatione, vel etiam continuitate, secundum quam unitatem est aliquid unum simpliciter; et ideo nulla est operatio partis, quae non sit

pewnia sobie pomoc w dobrym życiu. Do tego zaś właśnie potrzebuje dwóch rzeczy: po pierwsze, w odniesieniu do tych rzeczy, które są konieczne do życia, bez których przez obecne życie przejść nie można. I do tego potrzebuje człowiek społeczności domowej, której sam jest częścią. Albowiem każdy człowiek ma od rodziców zrodzenie, pożywienie, wychowanie i podobnie także inni członkowie rodziny wzajemnie sobie pomagają w tym, co konieczne do życia. W inny sposób doznaje człowiek pomocy od społeczności, której jest częścią, w tym, co niezbędne do doskonałości tego życia, aby człowiek nie tylko żył, ale i żył dobrze, mając wszystko to, co niezbędne do życia. I w ten sposób człowiek potrzebuje społeczności państwowej, której jest częścią, nie tylko w odniesieniu do rzeczy cielesnych, lecz także ze względu na to, że w państwie są liczne sztuki, których uprawiać nie może pojedynczy dom, także w odniesieniu do moralności; np. gdy przez wymierzenie kar przez władzę publiczną powściągnięta jest zuchwałość młodych, których ojcowskie upomnienie poprawić nie potrafi.

5. Wiedzieć zaś należy, że ta całość, którą jest społeczność państwowa lub wspólnota rodzinna, ma tylko ten porządek jedności, według którego nie jest [ona] czymś jednym wprost, i dlatego część takiej całości może podejmować działania, które nie są działaniami całości, tak jak żołnierz w wojsku podejmuje działania, które nie stanowią działań całego wojska. Pomimo to ma i ta całość pewne działania, które nie stanowią własnych działań jakiejś części, ale tej całości, np. bitwa całego wojska. I płynięcie statku jest działaniem wielu prowadzących statek. Jest bowiem pewna całość, która ma jedność nie tylko porządku, lecz i złożenia oraz zespolenia lub także ciągłości, według których jedność jest czymś jednym wprost. I dlatego nie ma [w niej] ta-

totius. In continuis enim idem est motus totius et partis; et similiter in compositis, vel colligatis, operatio partis principaliter est totius; et ideo oportet, quod ad eandem scientiam pertineat consideratio talis totius et partis eius. Non autem ad eandem scientiam pertinet considerare totum quod habet solam ordinis unitatem, et partes ipsius.

6. Et inde est, quod moralis philosophia in tres partes dividitur. Quarum prima considerat operationes unius hominis ordinatas ad finem, quae vocatur monastica. Secunda autem considerat operationes multitudinis domesticae, quae vocatur oeconomica. Tertia autem considerat operationes multitudinis civilis, quae vocatur politica.

7. Incipiens igitur Aristoteles tradere moralem philosophiam a prima sui parte in hoc libro, qui dicitur *Ethicorum*, idest *Moralium*, praemittit prooemium, in quo tria facit. Primo enim ostendit de quo est intentio. Secundo modum tractandi, ibi, dicitur „autem utique sufficienter” et cetera<sup>5</sup>. Tertio qualis debeat esse auditor huius scientiae, ibi: „unusquisque autem bene iudicat” et cetera<sup>6</sup>. Circa primum duo facit. Primo praemittit quaedam, quae sunt necessaria ad propositum ostendendum. Secundo manifestat propositum, ibi, „si utique est aliquis finis” et cetera<sup>7</sup>. Circa primum duo facit. Primo enim proponit necessitatem finis; secundo habitudinem humanorum actuum ad finem, ibi: „multis autem operationibus” et cetera<sup>8</sup>. Circa primum tria facit. Primo proponit, quod omnia humana ordinantur ad finem; secundo ostendit diversitatem finium, ibi, „differentia vero finium”

kich działań części, które nie byłyby [działaniami] całości. W ciągłości bowiem tym samym jest ruch całości i części; i podobnie w złożeniu lub zespoleniu, działanie części przede wszystkim dotyczy całości. I dlatego trzeba, aby do tej samej nauki należało rozważanie takich całości i ich części. Nie należy zaś do tej samej nauki rozważanie całości i jej części, która ma tylko porządek jedności.

6. I z tego powodu filozofia moralna dzieli się na trzy części. Pierwsza z nich, którą nazywa się monastyką, rozważa celowe działania jednostkowego człowieka. Druga zaś, nazywana ekonomiką, rozważa działania społeczności domowej. Trzecia, którą nazywa się polityką, rozważa działania społeczności państwowej.

7. Arystoteles, zaczynając wykład filozofii moralnej od pierwszej jej części w tej księdze, którą nazywa się *Etyką*, czyli traktatem o moralności, poprzedza je wstępem, w którym podejmuje trzy zagadnienia. Po pierwsze, wyjaśnia, co jest jego intencją. Po drugie, [przedstawia] sposób prowadzenia rozważań, gdy [stwierdza]: „mówi się zaś tak wystarczająco” itd. Po trzecie, jaki powinien być adept tej nauki, gdy [powiada]: „każdy zaś dobrze sądzi” itd. W związku z pierwszym dokonuje dwóch odróżnień. Po pierwsze, zapowiada pewne [twierdzenia], które są konieczne do wykazania założenia. Po drugie, wyjaśnia założenia, gdy [mówi]: „jeśli przynajmniej jest jakiś cel” itd. W związku z pierwszym mówi dwie rzeczy. Po pierwsze, przedstawia cel konieczny; po drugie, usprawieniia ludzkich aktów w stosunku do celu, gdy [stwierdza]: „wielu zaś działań” itd. W związku z pierwszym doko-

<sup>5</sup> 1094 b 11.

<sup>6</sup> 1095 b 27.

<sup>7</sup> 1094 a 18.

<sup>8</sup> 1094 a 6.

etc.<sup>9</sup>; tertio ponit comparationem finium adinvicem, ibi, „quorum autem sunt fines” et cetera<sup>10</sup>. Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum, ibi, „ideo bene enunciaverunt” et cetera<sup>11</sup>.

8. Circa primum, considerandum est, quod duo sunt principia humanorum actuum, scilicet intellectus seu ratio, et appetitus, quae sunt principia moventia, ut dicitur in tertio *De anima*<sup>12</sup>. In intellectu autem vel ratione consideratur speculativum et practicum. In appetitu autem rationali consideratur electio et executio. Omnia autem ista ordinantur ad aliquod bonum sicut in finem; nam verum est finis speculationis. Quantum ergo ad intellectum speculativum ponit doctrinam per quam transfunditur scientia a magistro in discipulum. Quantum vero ad intellectum practicum ponit artem, quae est recta ratio factibilium, ut habetur in VI huius<sup>13</sup>; quantum vero ad actum intellectus appetitivi ponitur electio. Quantum vero ad executionem ponitur actus. Non facit autem mentionem de prudentia, quae est in ratione practica sicut et ars, quia per prudentiam proprie dirigitur electio. Dicit ergo quod singulum horum manifeste appetit quoddam bonum tamquam finem.

nuje trzech rzeczy. Po pierwsze, stwierdza, że wszystkie ludzkie działania są przyporządkowane celowi; po drugie, stwierdza różnorodność celów, gdy [mówi]: „zachodzi pewna różnica celów” itd.; po trzecie, zakłada wzajemne porównanie celów, gdy [mówi]: „te zaś, które są pewnymi celami” itd. W związku z pierwszym robi dwa [odróżnienia]. Po pierwsze, uzasadnia, co motywuje [do działania]. Po drugie, przedstawia założenie, gdy [pisze]: „dlatego dobrze wyrażali się” itd.

8. W związku z pierwszym należy rozważyć, że są dwa pryncypia ludzkich działań, mianowicie intelekt albo rozum oraz pożądanie, które stanowią pryncypia poruszające, jak mówi w III ks. III *O duszy*. W intelekcie lub rozumie powinno się rozważać bowiem i to, co teoretyczne, i to, co praktyczne. W pożądaniu zaś rozumowym powinno się rozważać wybór i wykonanie. Wszystko zaś jest przyporządkowane do dobra jako do celu, ponieważ prawda jest celem rozważań teoretycznych. W odniesieniu do intelektu teoretycznego ujmuje naukę, dzięki której wiedza przechodzi z nauczyciela na ucznia. W odniesieniu do intelektu praktycznego przyjmuje sztukę, która jest właściwym powodem rzeczy wytwarzanych, jak mamy to w VI księdze cytowanego traktatu; w odniesieniu do działań intelektu pożądającego przyjmuje wybór. W odniesieniu zaś do wykonania przyjmuje działanie. Nie czyni natomiast wzmianki o roztropności, która dotyczy działalności praktycznej, podobnie jak sztuka, ponieważ dzięki roztropności w sposób właściwy dokonuje się wyborów. Mówi zatem, że tych jednostkowych [rzeczy] w sposób oczywisty pożąda się jako pewnego dobra jako celu.

<sup>9</sup> 1094 a 3.

<sup>10</sup> 1094 a 5.

<sup>11</sup> 1094 a 2.

<sup>12</sup> 433 a 9.

<sup>13</sup> 1140 a 6 – 10.

9. Deinde cum dicit: „ideo bene enuntiaverunt” etc.<sup>14</sup>, manifestat propositum per definitionem boni. Circa quod considerandum est, quod bonum numeratur inter prima: adeo quod secundum Platonicos, bonum est prius ente. Sed secundum rei veritatem bonum cum ente convertitur. Prima autem non possunt notificari per aliqua priora, sed notificantur per posteriora, sicut causae per proprios effectus. Cum autem bonum proprie sit motivum appetitus, describitur bonum per motum appetitus, sicut solet manifestari vis motiva per motum. Et ideo dicit, quod philosophi bene enuntiaverunt, bonum esse id quod omnia appetunt.

10. Nec est instantia de quibusdam, qui appetunt malum. Quia non appetunt malum nisi sub ratione boni, in quantum scilicet aestimant illud esse bonum, et sic intentio eorum per se fertur ad bonum, sed per accidens cadit supra malum.

11. Quod autem dicit quod omnia appetunt, non est intelligendum solum de habentibus cognitionem, quae apprehendunt bonum, sed etiam de rebus carentibus cognitione, quae naturali appetitu tendunt in bonum, non quasi cognoscant bonum, sed quia ab aliquo cognoscente moventur ad bonum, scilicet ex ordinatione divini intellectus: ad modum quo sagitta tendit ad signum ex directione sagittantis. Ipsum autem tendere in bonum, est appetere bonum, unde et actum dixit appetere bonum in quantum tendit in bonum. Non autem est unum bonum in quod omnia tendunt, ut infra dicitur. Et ideo non describitur hic aliquod unum bonum, sed bonum communiter sumptum. Quia autem nihil est bonum, nisi

9. Następnie, gdy mówi: „dlatego dobrze wyrażali się” itd., wyjaśnia założenie na podstawie definicji dobra. W związku z tym należy rozważyć, że dobro jest wyliczane wśród tego, co pierwsze, dlatego, że według platoników dobro jest przed bytem. Lecz według prawdy rzeczy dobro zamienne jest z bytem. [Rzeczy] pierwsze zaś nie mogą być poznane przez jakieś wcześniejsze, lecz poznaje się je przez późniejsze, tak jak przyczynę [poznaje się] przez jej własne skutki. Skoro zatem dobro jest właściwie przyczyną ruchu pożądania, opisuje się dobro dzięki poruszeniu pożądania, tak jak zwyczajnie wyjaśnia się władzę ruchu przez ruch. I dlatego mówi, iż filozofowie dobrze twierdzili, że dobrem jest to, czego wszystko pożąda.

10. Nie podejmuje obecnie tematu tych, którzy pożądają zła, ponieważ zła pożąda się zawsze ze względu na dobro, gdy osądza się, że jest dobrem i w ten sposób zamierzenie [tych, którzy pożądają zła] istotowo odnosi się do dobra, a przygodnie trafia się zło.

11. Tego zaś co powiedział, że wszystko pożąda dobra, nie należy rozumieć tylko w odniesieniu do [istot] mających poznanie, którym ujmują dobro, lecz również w odniesieniu do rzeczy pozbawionych poznania, które swym naturalnym pożądaniem zmiierzają do dobra, nie jako [przez nie] poznanego, lecz ponieważ zostały przez innego poznającego poruszone w kierunku dobra, mianowicie z rozporządzenia intelektu Bożego, w taki sposób, jak strzała zmiierza do celu dzięki skierowaniu przez strzelca. Samo zaś dążenie do dobra jest jego pożądaniem, dlatego też aktem nazywa się pożądanie dobra, o ile dąży (zmiierza) do dobra. Nie ma zaś jednego dobra, którego wszystko pożąda, jak niżej zosta-

---

<sup>14</sup> 1094 a 2.



inquantum est quaedam similitudo et participatio summi boni, ipsum summum bonum quodammodo appetitur in quolibet bono et sic potest dici quod unum bonum est, quod omnia appetunt.

12. Deinde cum dicit: „differentia vero [finium] quaedam” etc.<sup>15</sup>, ostendit differentiam finium. Circa quod considerandum est, quod finale bonum in quod tendit appetitus uniuscuiusque est ultima perfectio eius. Prima autem perfectio se habet per modum formae. Secunda autem per modum operationis. Et ideo oportet hanc esse differentiam finium quod quidam fines sint ipsae operationes, quidam vero sint ipsa opera, id est opera quaedam praeter operationes.

13. Ad cuius evidentiam considerandum est, quod duplex est operatio, ut dicitur in IX *Metaphysicae*<sup>16</sup>: una quae manet in ipso operante, sicut videre, velle et intelligere: et huiusmodi operatio proprie dicitur actio; alia autem est operatio transiens in exteriorem materiam, quae proprie dicitur factio; et haec est duplex: quandoque enim aliquis exteriorem materiam assumit solum ad usum, sicut equum ad equitandum, et cytharam ad cytharizandum. Quandoque autem assumit materiam exteriorem ut mutet eam in aliquam formam, sicut cum artifex facit lectum aut domum. Prima igitur et secunda harum operationum non habent aliquid operatum quod sit finis, sed utraque earum est finis; prima tamen nobilior est quam secunda: inquantum manet in ipso operante. Tertia vero operatio est sicut generatio quaedam, cuius finis est res

nie powiedziane. I dlatego nie napisano w tym miejscu o jakimś jednym, lecz o dobru ogólnie ujętym. Ponieważ zaś każde dobro jest jakoś podobne i partycypuje w dobru najwyższym, dlatego najwyższe dobro w pewien sposób jest pożądane w każdym dobru [szczegółowym], i w ten sposób można powiedzieć, że jest jedno dobro, którego wszystko pożąda.

12. Następnie, gdy mówi: „zachodzi pewna różnica [celów]” itd., wykazuje różnice wśród celów. W związku z tym należy zauważyć, że dobro jako cel, do którego dąży pożądanie, dla każdego stanowi jego największą doskonałość. Pierwszą zaś doskonałość posiada się na sposób formy. Druga zaś na sposób działania. I dlatego należy przyjąć, że zachodzi różnica celów i pewne cele są samymi działaniami, pewne zaś stanowią same dzieła, czyli pewne dzieła obok działań.

13. Aby to było jasne, należy zauważyć, że działanie jest dwojakiego rodzaju, jak mówi się w ks. IX *Metafizyki*: jedno, które pozostaje w samym działającym, tak jak widzenie, chcenie i rozumienie – i tego rodzaju działanie właściwie nazywa się czynnością; inne zaś jest działanie przechodzące w materię zewnętrzną, które właściwie nazywa się wykonywaniem. A ono jest dwojakie: niekiedy bowiem ktoś materię zewnętrzną bierze tylko do użytku, tak jak konia do jazdy czy cytrę do grania; niekiedy zaś bierze materię zewnętrzną, aby ją zmienić w jakąś [inną] formę, tak jak rzemieślnik wykonuje łóżko lub dom. Pierwsze zatem i drugie z tych działań nie mają jakiegos dzieła, które byłoby ich celem, lecz obydwa same dla siebie są celami. Pierwsze [działanie] jest jednak szlachetniejsze, niż drugie, o ile pozostaje w samym działającym. Trzecie zaś

<sup>15</sup> 1094 a 3.

<sup>16</sup> 1050 a 23 – b 3.

generata. Et ideo in operationibus tertii generis ipsa operata sunt fines.

14. Deinde cum dicit: „quorum autem sunt fines” etc.<sup>17</sup>, ponit tertium; dicens, quod in quibuscumque operata, quae sunt praeter operationes, sunt fines, oportet quod in his operata sint meliora operationibus: sicut res generata est melior generatione. Nam finis est potior his quae sunt ad finem. Nam ea quae sunt in finem habent rationem boni ex ordine in finem.

15. Deinde cum dicit: „multis autem operationibus” etc.<sup>18</sup>, agit de comparatione habituum et actuum ad finem. Et circa hoc quatuor facit. Primo manifestat, quod diversa ordinantur ad diversos fines. Et dicit, quod cum multae sint operationes, et artes et doctrinae, necesse est quod earum sint diversi fines. Quia fines, et ea quae sunt ad finem sunt proportionalia. Quod quidem manifestat per hoc, quod artis medicinalis finis est sanitas, navifactivae vero navigatio, militaris autem victoria, oeconomicae vero, idest dispensativae domus, divitiae, quod quidem dicit secundum multorum opinionem. Ipse autem probat in primo *Politicae*<sup>19</sup>, quod divitiae non sunt finis oeconomicae, sed instrumenta.

16. Secundo ibi: „quaecumque autem sunt talium” etc.<sup>20</sup>, ponit ordinem habituum ad invicem. Contingit enim unum habitum operativum, quem vocat virtutem, sub alio esse. Sicut ars quae facit frena est sub arte equitandi, quia ille qui debet equitare pra-

działanie jest jak pewne powstawanie, którego celem jest rzecz powstająca. I dlatego w działaniach trzeciego rodzaju same dzieła są celami.

14. Następnie, gdy mówi: „te zaś, które są pewnymi celami” itd., przyjmuje trzeci [rodzaj działania], mówiąc, że gdy jakiegokolwiek dzieła, które są obok działań, są celami, należy przyjąć, że w tych [działaniach] to, dzieła są lepsze niż działania, tak jak rzecz powstająca jest lepsza od powstawania. Cel jednak jest ważniejszy niż środki, które do celu prowadzą. Te [środki] jednak, które są dla celu posiadają rację dobra ze względu na przyporządkowanie do celu.

15. Następnie, gdy mówi: „istnieje wiele działań sztuk i nauk” itd., dokonuje porównania sprawności i aktów do celu. I w związku z tym podejmuje cztery kwestie. Po pierwsze, ukazuje, że różne rzeczy są podporządkowane do różnych celów. I dopowiada, że skoro jest wiele działań – i sztuki, i nauki – konieczne jest, aby w nich były różne cele, ponieważ cele oraz to, co jest podporządkowane celom, jest do siebie w proporcji. Co staje się jasne, gdy zważy się, że celem sztuki leczenia jest zdrowie, sztuki nawigacji – nawigacja, woj-skowej – zwycięstwo, ekonomicznej, czyli rozdzielania obowiązków domowych – zamożność. To właśnie mówi, biorąc pod uwagę różne poglądy. Sam zaś przyjmuje na początku *Polityki*, że zamożność nie stanowi celu ekonomiki, lecz jej narzędzie.

16. Po drugie, gdy mówi: „niekiedy zaś takie [umiejętności]” itd., przyjmuje wzajemne uporządkowanie sprawności. Utrzymuje bowiem, że jedna sprawność do działania, którą nazywa cnotą, jest pod inną. Tak jak sztuka, wykonywania uprzęży, jest pod

---

<sup>17</sup> 1094 a 5.

<sup>18</sup> 1094 a 6.

<sup>19</sup> 1256 a 1 – 1258 b 8.

ecipit artificii qualiter faciat frenum. Et sic est architector; idest principalis artifex respectu ipsius. Et eadem ratio est de aliis artibus, quae faciunt alia instrumenta necessaria ad equitandum, puta sellas, vel aliquid huiusmodi. Equestris autem ulterius ordinatur sub militari. Milites enim dicebantur antiquitus non solum equites, sed quicumque pugnatore ad vincendum. Unde sub militari continetur non solum equestris, sed omnis ars vel virtus ordinata ad bellicam operationem, sicut sagittaria, fundibularia vel quaecumque alia huiusmodi. Et per eundem modum aliae artes sub aliis.

17. Tertio ibi: „in omnibus utique” etc.<sup>21</sup>, proponit ordinem finium secundum ordinem habituum. Et dicit quod in omnibus artibus vel virtutibus hoc communiter est verum, quod fines architectonicarum sunt simpliciter quoad omnes magis desiderabiles, quam fines artium vel virtutum, quae sunt sub principalibus. Quod probat per hoc, quod homines persequuntur, id est quaerunt, illa, id est fines inferiorum artium vel virtutum gratia horum, idest propter fines superiorum. Litera autem suspensiva est, et sic legenda: „quaecumque sunt talium sub una quadam virtute (...) in omnibus utique architectonicarum fines” et cetera.

18. Quarto ostendit non differre quantum ad ordinem finium, utrum finis sit opus vel

sztuką jeździeczą, gdyż to jeździec instruuje rymarza, jak ma wykonać uprzęż. Stosownie do tego jest „architekt”, to znaczy zasadniczy twórca względem wymienionych sztuk. I to samo dotyczy innych sztuk, które wykonują inne konieczne narzędzia do jeździectwa, np. siodła lub coś podobnego tego rodzaju. Jazda konna zaś w dalszej kolejności podporządkowuje się sztuce wojskowej. Żołnierzy bowiem nazywali niegdyś starożytni nie tylko jeźdźcami, lecz wojownikami zwycięstwa. Dlatego w sztuce wojennej zawiera się nie tylko jazda konna, lecz wszelkie sztuki lub cnoty przyporządkowane do działań wojennych, takie jak strzelectwo, artyleria [używanie proc i katapult] i wszelkie inne tego rodzaju. I w ten sposób jedne sztuki podlegają innym.

17. Po trzecie, gdy [mówi]: „we wszystkich takich” itd., przedstawia porządek celów według porządku sprawności. I powiada, że we wszelkich sztukach lub cnotach, ogólnie rzecz biorąc jest prawdą, iż cele najbardziej zasadniczych twórców<sup>22</sup> są w odniesieniu do nich wszystkich wprost bardziej upragnione, niż cele sztuk i cnot, które podlegają bardziej zasadniczym. Potwierdza to tym, że ludzie dążą, do tego, co stanowi cel wyższy, i ze względu na niego poszukują tego co jest celem niższym sztuk lub cnot, dzięki którym [osiągają cel wyższy]. Pisze jednak w sposób niezdecydowany, i tak powiada: „Niekiedy zaś takie [umiejętności] podpadają pod jakąś cnotę (...) we wszystkich takich konstrukcjach cele [są bardziej upragnione]” itd.

18. Po czwarte, wykazuje, że nie ma różnicy w odniesieniu do porządku celów, czy

<sup>20</sup> 1094 a 9.

<sup>21</sup> 1094 a 14.

<sup>22</sup> Chodzi o „architektów” (*architector*), których Tomasz określa jako zasadniczych twórców (*principalis artifex*) w odniesieniu do określonych sztuk – patrz. pkt. 16

operatio<sup>23</sup>. Et dicit quod nihil differt, quantum ad ordinem pertinet, quod fines earum sint operationes, aut aliquod operatum praeter operationes, sicut apparet in praedictis doctrinis. Nam frenifactivae finis est operatum frenum; equestris vero, quae est principalior; finis est operatio scilicet equitatio; e converso autem se habet in medicinali, et in exercitativa. Nam medicinalis finis est aliquod operatum, idest sanitas. Exercitativae vero, quae sub ea continetur, finis est operatio idest exercitium.

celem jest dzieło, czy działanie. I powiada, że niczym nie różni się, o ile należy do porządku rzeczy to, że cele ich są działaniami, albo czymś wykonanym poza działaniem, tak jak jasne to jest na podstawie tego, co powiedziane. Albowiem celem rymarstwa jest wykonanie wędzidła; jazdy konnej zaś, która jest bardziej zasadnicza, celem jest działanie, czyli jeżdżenie konno. A odwrotnie sprawa ma się w sztuce medycznej i w sztuce wykonywania ćwiczeń. Albowiem celem sztuki medycznej jest coś wytworzonego, czyli zdrowie. Celem zaś sztuki wykonywania ćwiczeń, które w niej się zawierają, jest działanie, czyli ćwiczenie.

---

<sup>23</sup> 1094 a 16.